www.e-rara.ch

Lilii Greg. Gyraldi Ferrariensis Operum quae extant omnium non minus Eruditae quam Elegantis literaturae Studiosis & expetitorum hactenus & deinceps expetendorum tomi duo

Giraldi, Giglio Gregorio

Basileae, 1580

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-342

Lilii Gregorii Gyraldi Ferrariensis, ad d. Herculem II. Estensem Ferrariensium principem, in librum de re nautica praefatio

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d’imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L’éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l’imprimerie jusqu’au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

gis de poetis copioſe ſcripſimus, déq; alijs nonnullis. Quid enim dicam hoc loco Herculem nunquam vituperatum fuiſſe? vnde illud eſt notiſſimum, cum à quodam laudaretur, quis, inquit alius, vituperat?

Hactenus tecum ANGELE de Hercule potius indice dicenda monſtraui, quàm aliquid lectione dignum me ſcripſiſſe video: quicquid tamen hoc eſt, quando tu tale eſſe voluiſti, tibi habeto. Vale. Romę ex Vaticanis Pontificis Max. ædibus, menſe Octobri,

M. D. XIIII.

LILIVS faciebat.

LILII GREGORII GYRALDI FERRARIENSIS, AD D. HERCVLEM II. ESTENSEM FERRARIENSIVM PRINCIPEM, in librum de re nautica

PRAEFATIO.

Collegeram, illuſtriſs. Princeps, annis ſuperioribus quandam quaſi vaſorum congeriem, & ex ijs confuſum incompoſitumq; velut aceruum accumulaueram: viſum mihi poſtea eſt nõ ingratum ſtudioſis fore, ſi in proprias partes & in volumina diſtinguerem, hoc eſt, vt ſuis quæque miniſterijs redderem, idq; inprimis feceram de vaſis, quæ ad deorum ſacrificia, eorúmque ceremonias pertinere videbantur: tum de ijs quæ ſepulchralia nuncupaui. Nunc non diuerſa modò totius rei nauticæ & nauigiorum vocabula, ſed & eorum membra ac ſymmetrias, armamentáq; omnia, quantum in me fuit, ſum executus, idq; ſummorum virorum autoritate & exemplo, & in primis Apollodori, qui apud Græcos eam rem diligentiſsimè pertractauit, & nonnihil Iulius Pollux in Onomaſtico: autores item qui de Architectura, quiq; de re militari perſcripſerunt, vt hiſtoricos mittam. Extat & Alberti Leonis nauis. Audio & nonnullos hodie idem conari, ſed, quo ego modo, neminem. Ardua profectò prouincia, et quæ minimè fuerat imbecilli ac parum firmo tentanda. Sed cùm collegiſſem, quid facerem? fuerátne, quæ tanto labore et ſtudio fuerat comparata, tineis et blattis mittenda? aut igne aquísue abolenda? minimè. Præſtandũ quod poſſumus. Bene quoquo modo merendum. Etenim ſi non coryphæos, et emeritos, candidatos ſaltem demerebimus: nec talentum ingratus infodiam. Quare te Princeps opt. max. oro, vt oram ſoluenti adſis, et tuo fauore protegas, quæ tuo nixi præſidio in lucem damus. Sed iam inſtituti operis initia paulò altius repetam, vt in re tam humili varia ſaltem lectione te, vel per te potius lectorem detineam, atque in primis, quæ de inuentoribus diuerſa traduntur, quam breuiſsime potero in medium proferam.

AD EVNDEM.

IAM claſsis bene nauibus referta eſt,
Inſtructi ſimul ordines, & ipſa
Armamenta parata machinæq;,
Vt fluctus ferat impetumq; venti.
Adhuc ſed tamen artifex veretur,
Ignem ne patiatur et procellas,
Quòd nondum datus imperator illi.
Si DVX magne voles nouæ præeſſe
Inſtructæ ſimul & fauere claſsi,
Non ignem patietur & procellas.